+

militari ad munimenta ad Cuitorem, Vel alii quibusvis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem. praeterea Vltra proximos officy praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos Dilationem sibi non recipiendo nullasq. motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia paenis Simplicibus Vel triplicatis Excusationibus Suspensionibus fatalibus Juris, praescriptione Terrestri, bello, Conventioneq, ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non Subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac Sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia et Singula mediante.

Włodek Słowinskim Coniugibus obligat. 910

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosus Stanislaus Włodek Sanus mente et corpore existens a Jurisdictionibus Suis Jurisdictionibusq. Suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti Vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet Seme Successoribus ac bonis Suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq. Subijciendo palam libere publice ac perexpressum recognovit Quia ipse Suo et Generosae Anna Ostrowska Consortis Suae legitimae pro biennis ratihabitione cavet et se praesentibus inscribit nomine bona Suntbus Suis et praefatae Consortis Suae Subiecta Videlicet, Kołdowce Stanisławska et Kowalowska nazwane Ogrodow dwa dworskich jeden za Sciepnią Wielką a drugi pod Olegem Trzeci ogrod Tamkowski nazwany in bonis Villae Ostrow Seu a Vero et

Districtu praesenti Praemysliensi jacentia et consistentia cum omni praemissorum Jure Dominio proprietate, tibelogi obligatione, omnibusq[ue] et singulis eorundem bonorum Utilitatibus fructibus, proventibus redditibus, commodis emolumentis obventionibus, item cum Curia ibid[em] sita, nec non subditis certis in intavata eo nomine conscripta specificatis, eorundemq[ue] subditorum laboribus, censibus, elationibus Vectuv[i]s, munijs et obsequiis officiisq[ue] quibuscunq[ue] attinentiis et pertinentijs generaliter Universis nihil ex praemissis Juris Dominii proprietatis, ac cuiusvis competentiae et praerogativa pro se Recognoscente suisq[ue] Successoribus, aut quopiam alio reservando seu excipiendo, verum ita late longe, circumferentialiterq[ue] prout eadem bona ipsemet Recognoscens tenuit, habuit et possidebat, ipsumq[ue] concernebant, ac eidem legitime serviebant. Jam ex nunc et de facto Nobilibus Zbigneo Stoswinski et Catherinae Tarnowiecka Coniugibus legitimis et ipsorum posteris in summa Mille Florenorum Polonicalium iam per se Recognoscentem levata et realiter percepta de qua praesentibus quietatur, hinc a labacta praesenti ad Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli post annum Unum proxime venturum incidens, et in defectu pro tunc eorundem bonorum exemptionis, summaeq[ue] memoratae Mille Florenorum Polonicalium totalis et integrae realis persolutionis ex tunc de anno ad annum festo ad festum pro simili die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli sese determinante, annis et festis continue et immediate sese sequentibus, usq[ue] ad Exemptionem bonorum eorundem summaeq[ue] memoratae totalis et integrae realem ac effectivam persolutionem obligavit inscripsit et invadiat.

et inuadiauit prout obligat inscribit, et inuadiat praesentibus In quod quidem bona praemissaque omnia praesentibus per se Recognoscentem obligata et inuadiata, iam ex nunc et de facto is idem Recognoscens Generosus Stanislaus Włodek praefatis Nobilibus Zbigneo Słotwinski, et Catherinae Jarnowiecka Coniugibus legitimis obligatarijs suis eorumque posteris coram officio praesenti dat et admittit, realem Intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem Quemcunque competentem et Nobiles duos die quacunque Voluerint officiose acceptandam. Per ipsos Obligatarios suos ipsiusque posteros, haec eadem bona praemissaque omnia praesentibus inuadiata, cum Vniuersis eorum Vtilitatibus et Vsufructibus, attinentijs et pertinentijs generaliter Vniuersis tenendi habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice Vtifruendi, ac ad Vsus suos suorumque Successorum, quosuis beneplacitos libere et effectualiter Conuertendi more ac Iure Obligatorio. Debetque et tenebitur memoratus Recognoscens Generosus Stanislaus Włodek prout se ac suos Successores, in et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniarijs quibusuis habitis et habendis eisdem Suprascriptis obligatarijs suis inscribit et obligat praesentibus, ipsos et eorum Successores in dictis bonis praemissisque omnibus praesentibus per se Recognoscentem inuadiatis et ratione eorundem omnium ab omni et quauis impetitione Iuridica quorumcunque personarum, cuiuscunque Conditionis status et sexus cuiusuis existentium ex occasione praemissorum, modo quouis exorienda, in omni Iudicio et officio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri defendere, euincere, intercedere et eliberare indemnesque cum

posteris reddere, nec non haec eadem bona praemissaque omnia praesentibus per se Recognoscentem obligata et inuadiata ab omnibus in genere Juribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super praemissa omnia, modo quouis cuicunque personarum factis et faciendis, non etiam quibusuis Citationibus super eadem bona superscripta, modo quocunque importatis et importandis, Litis denique et partium processibusque Juris quibusuis, in quocunque puncto et gradu Juris dependentibus et in quouis Judicio et officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus praesentibus obligatis modo quouis perductis et perducendis, emundare et liberare mundaque et libera semper facere, ac etiam Introomissionem praefatam coram officio praesenti admissam, in fundo bonorum eorundem praesentibus inuadiatorum, dum per Ministerialem competentem et Nobiles duos officiose requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur, eandem libere dare et effectualiter admittere, dataque et admissa eadem possessionem et Usum fructum praemissorum omnium praesentibus inuadiatorum, quouis modo tam per se quam per suas quasuis submissas et subordinatas personas non praepedire nec adimere, ipsosque Obligatarios suos et illorum posteros in praemissis omnibus praesentibus obligatis nullo modo iniuriari, ita Ut haec eadem bona praemissaque omnia praesentibus inuadiata, jidem Obligatarij sui cum suis posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis obligatoriae Vigore tenere habere et possidere queant, illisque Uti frui possint Usque ad Exemptionem bonorum eorundem summaeque memoratae totalis et integrae realem ac effectiuam persolutionem

Sed quia

Idq sub Vadio similis summae Mille florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem sive eius successores supra scriptis obligatariis suis et ipsorum successoribus ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Nihilominus idem suprascriptus Recognoscens Generosus Stanislaw Wlodek se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisq pecuniariis quibusuis habitis et habendis memoratis Nobilibus Zbigneo Slowinski et Catherinae Jarnawiecka Coniugibus legitimis, obligatariis suis et eorum posteris inscribit et obligat praesentibus, praefatam Generosam Annam Ostrowska sui Recognoscentis Consortem legitimam cum personali sui Recognoscentis assistentia vel in eventu mortis successores illius ad approbandam inscriptionem praesentem obligatoriam, vel aliam similem suo pro interesse faciendam, ad Acta quaevis Authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia intra decursum duodecim septimanarum adducere et personaliter sistere, ab eisq vel eius successoribus, ut praemissa debite exequantur efficere. Idq sub alio et speciali vadio summae Mille florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem Generosum Stanislaum Wlodek sive eius successores suprascriptis Nobilibus Zbigneo Slowinski et Catherinae Jarnowiecka Coniugibus legitimis aut eorum posteris ob non stabilitionem praefatae Contis suae stabiendae vel in eventu mortis successorum illius pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo. Itaque

+

quidem Vadio Vel Vadiis modo praemisso ad solvendum succubitis ac proba aliqua principali ex praemissis non completa complenda Citatus existens memoratus Recognoscens sive eius Successores Ad Instantiam praenominatorum Nobilium Zbignei Slowinski et Catherinae Iwanowiecka Coniugum Legitimorum obligatariorum suorum Vel ipsorum Successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense, ex tunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, Vadium Vel Vadia praetacta levare Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia insimul et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium Ut et alios omnes exinde consequentes, Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, Vera infirmitate, pro maiori minorennitate Successorum, legatione intra Vel extra Regnum, servitio militari ad munimenta ad Evictorem Vel aliis quibusvis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea Ultra proximos officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus Vel triplicatis Evasionibus suspensionibus, fatalitis Iuris, praescriptione Terrestri bello Conventioneque ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo Stat sua praesenti personali

Recognitione

Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Rystarowski Baranieckie go Quietat.

911

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Joannes Rytarowski sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq[ue] suis quibusuis propriis et competentibus recedando praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum praesentem attinet seum successores, ac bona sua generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subyciendo, palam libere, publice ac per expressam recognouit. Quia ipse suo et Nobilium Samuelis Rytarowski filij sui Basily Bereznicki, Joannis Woytkowski Stephani et Hrehory atq[ue] Joannis Bereznickich, pro quorum ratihabitione cauet, esse praesentibus insinibit nomine Nobilem Lucam Baraniecki et ipsius posteros de causa et actione officiunia per se Recognoscenten, tum et alios superius specificatos eidem Nobili Lucae Baraniecki, ratione per ipsum fundorum et pascuorum praefatorum Nobilium Bereznickich propriorum in Villa Bereznica fluuio Dniestr adiacentium tempore in processu causae specificato, cum armis et inarmis frameis bombardisq[ue] breuioribus et longioribus puluere sulphureo et globis plumbeis infarctis superinequitationis